

lagus Africum attingens Sardinia, minus ix. M. pass. à Corsica extremis, etiam num angustias eas arctantibus insulis paruis, quæ Cuniculariæ appellantur, itemque Phintonis fossæ, à quibus fretum ipsum Taphros nominatur.

De Sardinia.

CAP. VII.

Sardinia ab oriente patens, clxxxviii. M. pass. ab Occidente, clxx. M. à meridie, lxxiii. M. à septentrione, cxxij. circuitu, d. lx. M. abest ab Africa Caralitano promontorio cc. M. à Gadibus quatuordecies cetera. Habet et à Gorditano promontorio duas insulas quæ uocantur Herculis, à Sulchensi Enosin, à Caralitano Ficariâ. Quidam haud procul ab ea etiâ Beleridas ponunt & Collodê, & quam uocant Heras lutra. Celeberrimi 7 ea populorum Iliêses, Balari, Corsi. Oppidorum xiiij. Sulchitani, Valentini, Neapolitani, Bocenses, Caralitani ciuium Romanorum, & Norêses. Colonia autê una, quæ uocatur ad turrin Libysonis. Sardiniam ipsam Timæus Sandaliotin appellauit ab effigie soleæ, Myrsilus Ichmusam à similitudine uestigij. Cetera Pæstanum sinum Leucasia est, à Sirene ibi sepulta appellata. Contra Veliam, Pontia, & Ischia, utraque uno nomine Oenotrides, argumentum possessæ ab Oenotrijs Italiae: & contra Vibonem parua, quæ uocantur Ithacesia, Vlyxis * specula.

* specacula

De Sicilia.

CAP. VIII.

Verum ante oēs claritate Sicilia, Sicania Thucydidi dicta, Trinacria pluribus, aut Triquetra à triângula specie: circuitu patês, ut autor est Agrippa, d. cxviii. M. pas. quondâ Brutio agro coharês, mox iterfuso mari auulsa xij. M. 7 longitudinê fretu: in latitudinê autê M. d. pas. iuxta columnâ Rhegiâ. Ab hoc dehiscêdi argumêto, Rhegium Græci nomê dedere oppido, 7 margine Italiae sito. In eo fretu est scopulus Scylla, itê Charybdis, mare uorticosum, ambo clara seuitia. Ipsius Triquetra, ut diximus, promontorium Pelorus uocatur, aduersus Scyllam uergês in Italiâ, Pachynum in Graciâ, cxliiij. M. ab eo distante Peloponneso: Lilybæum in Africam clxxx. M. intervallo à Mercurij promontorio: & à Caralitano Sardinia cxx. M. Inter se autê hæc promontoria ac latera distât his spatiis. Terreno itinere à Peloro Pachyni clxvi. M. pass. Inde Lilybæum cc. M. Inde Pelorum clxx. M. * Colonia ibi urbes ac ciuitates lxxii. A Peloro mare Ionium ora spectâte, oppidum Messana ciuium Ro. qui Mamertini uocantur. Promontorium Drepanum, colonia Taurominium, q̄ antea Naxos, flumê Asines, mons Aetna nocturnis mirus incêdiis. Crater eius patet ambitu stad. xx. Fauilla Taurominium et Catanam usq; peruenit feruens, fragor uero ad Maronê & gemellos colles. Scopuli tres Cyclopi, portus Vlyxis, colonia Catana. Flumina Symethum, Terias. Intus Læstrigonii campi. Oppida, Leotini, Megaris, amnis Pantagies. Colonia Syracusa, cum fonte Arethusa. Quanquâ & Temenitis, & Archidemia, & Magea, & Cyane, & Milichie fontes in Syracusa-

* Colonia immunes, ac ciuitates lxxiiij.

no potantur agro. Portus Naustatum, flumen Elorum, promontorium Pachynum: à qua frôte Sicilia flumen Hirminium, oppidum Camarina, fluius Gelas, oppidum Acragas, quod Agrigentum nostri dixere. Therma colonia, amnes Atis & Hypsa, Selinus oppidum. Lilybæum ab eo promontorium. Drepana, mons Eryx. Oppida Panhormum, Solus, Himera cum fluuiis, Cephalædis, Aluntium, Agathirnum, Tyndaris colonia, oppidum Myle, & unde cæpinus Pelorus. Intus Latina conditionis Centuripini, Nepini, Segestani: stipendiarii, Assorini, Aetnêses, Agyrini, Acestei, Acrenses, Bidini, Citarii, Cacirini, Drepanitani, Ergetini, Ecestienses, Erycini, Entellim, Etimi, Edini, Enguini, Gelani, Galathani, Halesini, Hennenses, Hyblenses, Herbitenses, Herbessenses, Herbulenses, Halienses, Hadranitani, Imacarenses, Ichanenses, Ietenses, Mutustratini, Magellini, Murgêtini, Mutyenses, Menanini, Naxii, Noeni, Petrini, Paropini, Pinshinenses, Semellitani, Scherini, Selinuntii, Symethii, Talarenses, Tiffinenses, Triocalini, Tiracienses, Zanclei. Messeniorum in Siculo fretu. Insulae sunt in Africam uersæ, Gaulos, Melita à Camerina lxxxiii. M. pass. à Lilybæo cxiii. Cofyra, Hieronesos, Cæne, Galatha, Lopadusa, Aethusa, quam alii Aegusam scripserunt, Bucinna, & à Solonte lxxv. M. Osteodes, contraque Paropinos Vsticia. Citra uero Siciliam ex aduerso Metauri amnis xii. milibus ferme pass. ab Italia, vii. Aeoliæ appellatæ. Eadem Lipareorum & Hephestiades à Græcis, à nostris Vulcaniæ, Aeoliæ, quod Aeolus Iliacis temporibus ibi regnabat.

De Lipara.

CAP. IX.

Lipara cū ciuium Ro. oppido, dicta à Liparo rege, qui successit Aeolo, antea Milogonis uel Meligunis uocitata, abest xii. M. pas. ab Italia, ipsa circuitu paulo minori. Inter hanc et Siciliâ altera, antea Therasia appellata, nunc Hiera, quia sacra Vulcani no est, colle in ea nocturnas euomête flammâs. Tertia Strongyle, à Lipara M. pas. ad exortum solis uergês, qua regnauit Aeolus, quæ à Lipara liquidiore flama tantum differt: è cuius fumo, quinâ flaturi sint venti, in triduum prædicere incola traduntur: unde uentos Aeolos paruisse existimatum. Quarta Didyme, mior q̄ Lipara. Quinta Ericusa. Sexta Phœnicusa, pabulo proximarum relicta. Nouissima, eademque minima, Eononymos. Hactenus de primo Europa sinu.

De Locris Italiae fronte.

CAP. X.

Locris Italiae frôs incipit, magna Græcia appellata, 7 tres sinus recedês Ausonii maris. quonia Ausones tenuere primi: patet lxxxii. M. pass. ut autor est Varro. Pleriq; lxxii. M. fecere. In ea ora flumina innumera, sed memoratu digna à Locris Sagra, & uestigia oppidi Caulonis, Mystia, Consilinum castrum, Cocinthum, qd eê logissimum Italiae promontorium aliqui existimât. Dein sinus, et Scyllaceu, Scylletium Atheniensibus cum conderent dictum: quæ locum occurrês Terinaus sinus peninsulâ efficit.

& in